



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei  
Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XVI. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](#)

S. Vitalianus ad Episcopatum electus , invi-  
dos reperit, qui vestibus ejus nocte sublatis  
fœmineas substituere, quas cum minis obser-  
vans indueret , irrisus , in exilium actus, ve-  
rum à calumniis divinitus vindicatus , ad E-  
piscopatum iterum revocatus , Deiparæ tem-  
plum erexit. *Fast. Mar.* Ab hominibus illusus  
ubi spem firmaret, edoctus.

S. Vitaliane ora pro me, ut ubi mortalitatis  
hujus vestem , & corpoream sarcinam , quæ  
aggravat animam exuero , hanc à perpetuo il-  
lo exilio liberet misericordissima Virgo , un-  
de nulla redemptio. O Sanctissima DEI , &  
mea Mater pretiosissima ! ego N. indignissi-  
mus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam  
corporis, quam animæ viribus centies millies,  
imò infinites te saluto : te omni possibili om-  
niū possibilium & actualium creaturarum  
affectu amare, tibi usque ad ultimum &c.f.190.

Ad quod impetrandum , ut Ignatius Aze-  
bedius Societatis JESU etiam mortuus ico-  
nem Deiparæ manibus eripi non sustinuit,  
ita eam frequenter hodie manu versabo.

Prorsus nova Mater MARIA , quæ novi-  
tatem attulit Filiis inveteritatis , vitiumque  
sanavit tam ingenitæ , quam superadditæ ve-  
tustatis. *Guer. Ab. ser. i. de Nat. Vir.*

Quæstio : An B. V. in utero per propriam  
dispositionem sanctificata fuerit , an sine ea ?  
✓ Suarez de B.V. disp. 4.